

## DEDICATORIA.

quicquid est, & boni consule: donec forsitan aliquando absoluta Stirpium historia, in quam nunc totus incumbo, idem hoc argumentum altero libro, quem polliceor, addito, si diuina fauerint, amplius excolam: In quo de Sale etiam, pluribus agam: quod tibi eò iucundius futurum spero: quoniam Cracouiensium Salinarum, per omnem Europam celeberrimarum, serenissimus Rex, vt eximie virtutes tuæ, probitas & fides in primis merebantur, Notarium te constituit. Vale, vir amplissime, bonorum doctorumq; omnium, & piorum in primis, patrone optime: & viue quam foelicissime diutissimeq; incolumis Ecclesie Christi, totiq; patriæ, & amicis, ac tuis omnibus.

Tiguri Heluetiorum, M. D. LXV.

quinto Kal. Augusti.

Aa 5